

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consolacio p  
cum fonte primo

Socrates cum ex amicis quemdam grauiter  
merentem uideret, in arcem perduxit hortatusque  
est ut per omnes subiectorum edificiorum partes  
oculos circumferret, quo facto:  
cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus  
sub his tectis et olim fuerunt hodieque uersentur  
insequentibus seculis sint habituri,  
ac mite mortalium incommoda  
tanquam propria deflere.

Valerius libro VII. de memorabilibus dictis.

Idem, cum ex amicis quendam grauiter  
maerentem uideret, in arcem perduxit hortatusque  
est ut per omnes subiectorum aedificiorum partes  
oculos circumferret. quod ut factum animaduertit,  
'cogita nunc tecum' inquit 'quam multi luctus  
sub his tectis et olim fuerint et hodieque uersentur  
et insequentibus saeculis sint habitaturi,  
ac mitte mortalium incommoda  
tamquam propria deflere.'

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*,  
7.2.ext.2 (J. Briscoe ed., p.445, ll.145-152).